



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Dispvt. CXXXVIII. An spiratio actiua distinguatur realiter à paternitate &
filiatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

Basilus.

dem eum ea de causa appellavit, ut naturalem, & verum patris substantia fuerit declararet, sed tamen, nequis humanitas aliquid edictum; genitumque intelligeret, denno etiam substantiam definiens, verbum illud, & sapientiam, & splendorem nominavit; ex illis enim vocabulis impati-
bilitatem in gignendo, eternitatem item, & decorum illud, quod in Deum convenit, cogitatione apprehendimus. Ecce quomodo Athanasius existimat, ex omnibus supul-
ominibus vnam notationem filiationis Characterizant, & sigillatam significari. Idem omni-
no habet Basilus homil. in illa verba. In principio erat verbum, & ait, verbum itaque dixit, ut impassibilem pa-
tris generationem ostendat, & perfectam filij substantiam Theologizet, & incommunionem sine tempore Filij ad Pa-
trem per hanc ostendat. Et infra, Si dixisset in principio erat Filius, appellatione Filij cogitatio de passione generationis subijset. Ratione vero relationis rationis quā con-
notat verbum ad creaturas filiatione non est consti-
tuenda diversa notio personarum, quia notiones per-
sonarum non debent distingui per respectus ad creaturas, sed inter se tantum. Et hac eadem de
causa ratio doni non est distincta notio à ratione
spiritus, vel amoris producti: quia solum addit
supra spiritum respectum rationis ad creaturas;
tum etiam, quia ratio doni est velut generica, ra-
tio vero spiritus velut particularis; ex communi
autem, & particulari non constituitur distincta
notio. Ratio vero ingenti licet addat relationem
illam rationis supra paternitatem; quia tamen il-
lam addit respectu personarum intra ipsum Deum,
ideo notio est primæ personæ. Reliqua quæ de
voce, ingentium, notatione digna sunt, dicemus dis-
put. 140. an autem liceat aliter de notionum nu-
mero sentire, dicemus art. 4. huius quæst.

DISPUTATIO CXXXVIII.

An spiratio activa distinguatur realiter à paternitate, & filiatione.

Spirationem à paternitate, & filiatione, sola ratione nostra differre contra Scotum, & Durandum probatur, cap. 1.

Quare dicantur in Deo esse quatuor relationes reales, cap. 2. Ob solam distinctionem rationis, non prædicari spirationem, de paternitate, aut filiatione, vel contra, cap. 3.

CAPVT I.

Spirationem à paternitate, & filiatione, sola ratione nostra differre contra Scotum, & Durandum probatur.

Scot. & Du-
rand. sent.
1.

Cum spiratio activa, quæ dicitur relatio spi-
ratoris, sit in Patre, & Filio, à quibus Spi-
ritus sanctus procedit, disputatur ab Scholasticis;
vtrum ex natura rei ab illis differat, an sola opera-
tione nostri intellectus. Scotus autem in quodl. 5.
art. 2. in fine existimat, distingui ex natura rei, non
sicut res differt à re, sed media illa distinctione,
quam ipse formalem vocat, eisdem prorsus addu-
ctis rationibus, quibus docuit attributa inter se,
& ab essentia, & relationes ab essentia ex natura
rei formaliter distingui, quas retulimus disput. 116
cap. 3. & disput. 120. c. 3. Præcipua tamen est, quia
diversa admodum prædicata dicuntur de vna, quæ
non de alia, ut satis constat; inter quæ illud maio-
rem vim habet, quod dicimus spirationem realiter
Filio à Patre communicari; paternitatem ve-
ro, & filiationem realiter non communicari affir-

Fundamen-
tum illius.

mamus. Quo sane fundamento nixus Durandus
in 1. d. 13. q. 2. nu. 14. octo rationibus probat, spi-
rationem activam realiter distingui à paternitate, &
filiatione, non quidem media illa distinctio. Scoti
quam ipse Durandus non admittit, ut eisdem locis
notavimus, sed distinctione omnino reali.

Hanc sententiam eodem modo censio esse fal-
sam, sicut illam de distinctione attributorum ab
essentia, aut essentie à relationibus, & personis
eisdemque testimonijs, & rationibus refellenda
est. Quare cum S. Thomas in hoc articulo in soluti-
tione 3. Caietano in hac quæst. articulo 2. & Ca-
natensis ibidem 2. p. Commentarij, Matfilio in
primum quæst. 30. artic. 4. dub. 2. Capreolo in pri-
mum distinct. 13. quæst. 1. art. 2. conclud. dicendam
est spirationem ex natura rei, & ante nostram
considerationem, idem esse cum paternitate, &
filiatione; id quod præter allata testimonia in illis
disputationibus confirmat etiam Boethius lib. de
Trinit. cum inquit, relatio multiplicat Trinitatem,
quod intelligendum est per oppositionem
relativam, ut disput. 147. explicabitur, & Anselm.
libro de Spiritu sancto, qui, ut communiter refer-
tur, ait, in divinis omnia esse: vnum ubi non ob-
viat relationis oppositio; quis tamen sit sentius
Anselmi eo loco, disputatione citata cap. 4. dice-
mus. Adde etiam Damasc. lib. de fide cap. 1. qui
ita scribit. Vnum idemque omnino sunt Pater, & Filius,
& Spiritus sanctus, nisi, quod Pater genitus non est, Filius
genitus est, Spiritus processit, quod autem in ea distinctione
est (scilicet in essentia divina) cogitatione sola distin-
guuntur.

Deinde ex sententia Durandi, & modo lo-
quendi illius sequitur, concedendam in Deo esse
quaternitatem contra definitionem Concilij La-
teranensis sub Innocentio VIII. in cap. Damnamus,
de summa Trinitate, & fide Catholica. Respon-
det Durandus in eo cap. solum damnamus sententiam,
quam Ioachim. Abbas Magistro sententiarum Elia-
so imponebat; nimirum in Deo essentiam cum
relationibus quaternitatem in solis relationibus. Verum
hoc subterfugium inane est; eadem enim ratio est
quaternitatis prioris illo modo, & hoc posterioris,
quo illam affirmat Durandus: ideo namque dam-
natur quaternitas, quia fides Catholica non quæ-
rit in Deo concessit nisi Trinitatem; & totum nume-
rum in Deo, qui solum est in personis, & relati-
onibus, ad ternarium reduxit. Rationibus vero Sco-
ti, & Durandi eodem modo satisfaciendum est,
quo supra disputationibus allegatis respondimus,
ne probarent essentiam à relationibus, seu perso-
nis ex natura rei, seu realiter distingui.

Cæterum contra nonnullos Thomistas obier-
uandum est, falso eos asseruisse, spirationem di-
stingui realiter à paternitate, & filiatione, non in
genere rei, sed in genere relationis: quoniam si rea-
liter distinguuntur in genere relationis, ut sit etiam
ingenere entis distinguantur; multiplicato enim
inferiori, multiplicatur etiam superior. Nam qui
fieri potest, ut vna relatio secundum rem non sit
alia, & illæ non sint duæ res, & duo entia?

CAPVT II.

Quare dicantur in Deo esse quatuor relationes reales.

Qua vero ratione absolute dicantur in Deo
quatuor relationes reales, etiam illæ realiter
non distinguantur, difficile apparet. Nam, ut
prostat

proximè dicebamus, si multiplicato inferiori multiplicatur superius, & absolute dicimus esse quatuor reales relationes: cur non dicimus esse quatuor res? Quidam Thomistæ respondent, non esse necessarium, multiplicato inferiori, multiplicari superius: nam actio, & passio sunt duo prædicamenta absolute, non tamen sunt duæ res: in essentia etiam Dei dicuntur esse plura attributa, non tamen plures res. Horum tamen solutio probanda non est, tum quia rationi naturali aduersari videtur, multiplicato inferiori non multiplicari superius, cum ab inferiori ad superius in omni materia sit optima forma arguendi. Tum etiam, quia nomen, prædicamentum, denotat aliquid rationis, scilicet nimirum prædicatorum, quæ sicut sit per intellectum, sic etiam multiplicatur aliquando sola intellectus operatione: quare non sequitur, sunt duo prædicamenta ergo duæ res, nam duo prædicamenta absolute abique alio adamentamento esse possunt sola ratione distincta. Eodem quoque modo nomen, *Attributum*, est nomen secundæ (vt aiunt) intentionis, significans aliquid Deo attributum per rationem nostram: quare cum dicimus, in essentia diuina esse plura attributa, non sequitur in ea esse plures: at cum dicimus quatuor relationes, & addimus reales, non significamus aliquid rationis, ergo multiplicatis relationibus, multiplicamus, & res.

Canariensis in tertio parte commentarii huius articuli respondet, sufficere solam distinctionem rationis, vt dicantur plures relationes reales, at vero, vt dicantur plures res, realem distinctionem necessariam esse. Hæc quidem solutio verissima est, minus tamen sufficiens debet enim reddere rationem ob quam dicantur quatuor reales relationes ex sola distinctione rationis, sed plures res non dicantur, nisi ex sola reali distinctione. Huius igitur manifesta ratio est; quia nomen, *plures*, vel nomina numerorum, cum adduntur termino, res, nihil aliud denotare possunt, quàm realem multitudinem: nam rerum multitudo idem est, quod realis distinctio. At vero cum nomen, *reals*, additur domini, *relatio*, & utrique coniungitur terminus pluralitatis, & numeri, non denotatur distinctio realis, sed multiplicatio relationum in genere relationum realium, quæ ex vario modo respiciendi terminum realem, consideratur. Cum enim dicimus quatuor relationes, non significamus eas realiter esse distinctas, & cum addimus, *reales*, non denotamus multitudinem realem, sed quamlibet illarum esse ad realem terminum naturæ suæ, non per intellectum, quantumuis sit ab alia sola consideratione diuersa: idè plures esse dicimus relationes reales, etiam si sola consideratione distinguantur: quia solum dicere volumus vnamquamque illarum quouis modo distinctam, habere terminum realem suapte natura, non per intellectum: non dico habere terminum distinctum realiter à termino alterius, sed terminum realem, licet diuerso modo consideratam, cumque in diujsis sint quatuor termini reales distincti saltem ratione, & quævis persona vna ex illis quatuor relationibus suapte natura, non per intellectum ad aliam referatur, erunt etiam, & quatuor reales relationes. Est enim primò pater sub ratione paternitatis terminus filij: secundò filius ratione filiarionis terminus patris: tertio Spiritus sanctus ratione pro-

cessionis terminus patris, & filij: quartò Pater, & Filius sub ratione spiritoris terminus Spiritus sancti: hæc autem omnes rationes terminorum reales sunt licet non omnes inuicem realiter distinctæ, & quælibet illarum suapte natura, & non per intellectum terminum habet.

Ex his vero soluitur ratio illa dubitandi initio posita. Fatemur enim, multiplicato inferiori secundum rem, eodem modo multiplicari superius: at vero cum dicimus, in Deo esse quatuor relationes reales, non significamus realem earum distinctionem, sed eas esse relationes reales ad terminum realem, nec esse rationis per solam intellectus considerationem, quod rectè fieri potest, etiam si ratione sola inter se distinguantur.

CAPVT III.

Ob solam distinctionem rationis, non prædicari spirationem, de paternitate, aut filiatione, vel contra.

Scotus quodlibet. 5. artic. 2. circa finem, cum concedat hanc propositionem, *Bonitas Dei est sapientia*, hanc tamen, *Paternitas est spiratio*, vel hanc, *Filiatio est spiratio*, omnino negat. Impugnat etiam rationem S. Thomæ in hoc articulo in solut. 3. & exemplum, quod ibidem affert: nam S. Thom. negat has propositiones propter solam distinctionem rationis: adhibet autem exemplum: sicut non dicimus attributum sapientiæ est attributum potentie. Primum igitur impugnat Scotus, quia si illa ratio sufficeret, deberemus hanc quoque propositionem negare, *Bonitas est sapientia*, quia hæc duo ratione differunt, cum tamen aliam si-
mitem ille concedat, videlicet, *Scientia est potentia*, & spiratio. Deinde exemplum non videtur accommodatum: idè namque non dicimus, *Attributum sapientiæ est attributum scientie*, quia nomen attributum est secundæ (vt aiunt) intentionis, significans aliquid rationis, vna autem intentio non prædicatur de alia: aut paternitas, filiatio, & spiratio, non sunt nomina secundarum intentionum, nec significant aliquid rationis, sed tres relationes reales in Deo: tamen non omnes realiter distinctas.

Idè (inquit Scotus) alij melius respondent, falsam esse prædictam propositionem, quia spiratio distinguitur à paternitate, & filiatione ex natura rei. Verum hæc solutio facile potest redargui; Primum, quia nulla talis distinctio ex natura rei esse potest inter has relationes, vt primo capite dictum est; tum etiam, quia eadem ratione deberet Scotus negare has propositiones, *Sapientia est potentia*, *Deus est paternitas*, quia in eius sententia attributa omnia inter se, & relationes ab essentia ex natura rei distinguuntur; vtramque vero propositionem eo loco ipse concedit. Et quamuis solum in sensu identico, non formali eas concedat, tamen aut non deberet eas admittere in eo sensu, aut saltem in eodem concedere deberet illam, *Paternitas est spiratio*, quam nullo modo putat esse veram.

Quare ipse Scotus alio modo huic difficultati respondet, inquit enim, vnum abstractum de alio rectè prædicari (intelligit in sensu saltem identico) quoties abstractio nō tollit identitatem: cum vero eam tollit, vnum de alio non prædicari: atque idcirco hanc esse falsam propositionem, *Albe-*

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

Scoti sententia.

do est musica, cum tamen hæc sit vera, *album est musicum*, quia abstractio formæ accidentalis à subiecto aufert identitatem subiecti, quam habent album, & musicum: tollitur autem (inquit Scotus) identitas, quando extrema, quæ abstrahuntur, tales naturæ sunt, ut in suo formali conceptu abstracto non includant infinitatem: huiusmodi sunt, (inquit) relationes, quia relatio, ex genere suo non est infinita etiam in Deo. Hinc fit, ut paternitas, & spiratio, quæ identitatem habent in subiecto in concreto significatæ, & una de alia prædicabatur, abstractæ illam non retineant, & idè nullo modo inuicem prædicentur: at vero quia singula attributa infinitatem includunt in suo genere, recte inuicem in abstracto prædicantur, licet in sensu identico, quia eorum abstractione non tollitur identitas, quam inter se habent. Idem censet, quoties vnum extremum abstractum est absolutum, & alterum relatum: nam propter infinitatem absoluti conseruatur identitas inter ea.

Refellitur. 1. Cæteram hæc Scoti subtilitas non minus refelli potest, quam præcedens solutio. Primum quidem, quia quævis relatio in Deo est infinita in suo genere, non minus, quam quoduis attributum absolutum, ut disput. 122. cap. 7. probatum manet: nam quamuis relatio, ut abstrahitur à creatura, & increata, non sit infinita; tamen quatenus diuina est, non potest, non infinita esse ratione essentia, cuius est modus. Deinde, quia aut per hanc abstractionem tollitur identitas formalis, aut realis: si sola formalis, & idè non conceditur hæc propositio, *Paternitas est spiratio*, eadem ratione concedenda non esset hæc, *Sapientia est bonitas*, aut, *deitas est paternitas*, cum inter hæc extrema non sit formalis identitas: namque in eius sententia attributa inter se, & essentia à relatione formaliter distinguuntur. Aut abstractione tollitur identitas realis: & hoc falsum est, & contra Scoti doctrinam, quia paternitas, & spiratio, quantumuis abstractæ, non distinguuntur realiter, ut res à re, sicut falso putauit Durandus: præsertim cum abstractio sit per intellectum; manet ergo semper identitas realis: quare sicut ratione huius concedimus aliquo modo hanc propositionem, *Sapientia est bonitas*, etiam esset admitenda hæc, *Paternitas est spiratio*.

Cur absoluta Dei attributa vnde inuicem prædicantur relationes rationis non videntur. 11. Ratio igitur, propter quam S. Thom. quem sequitur Caietanus negat hanc propositionem, *Paternitas est spiratio*, nihilominus concedit aliquo modo hanc, *Sapientia est potentia*, Optima est: quia scilicet propositiones, in quibus vna relatio de alia prædicatur: semper accipiuntur in sensu formali, sicut illæ in quibus operatio prædicatur de potentia, qualis est hæc, *Intellectus intelligit*, sicut notauimus disput. 119. cap. 2. & quia in sensu formalis vna relatio de alia non prædicatur, sicut neque vnam attributum de alio, idè non est concedenda hæc propositio, *Paternitas, seu filio est spiratio*. At vero propositiones, in quibus vnum attributum absolutum de alio prædicatur, accipi possunt in sensu identico, quocirca, licet propositio, in qua vnum de alio prædicatur, sit falsa in sensu formali, concedi potest aliquo modo: quia in sensu identico vera est. Eadem ratione artic. 2. huius questionis ad secundum dixit S. Thomas, hanc propositionem esse veram, *Paternitas est Deus*, & *deitas est Pater*, propter realem identitatem: quia scilicet

hæc propositio accipi potest in sensu identico: negauit autem hanc propositionem, *Attributum scientie est attributum potentie*: sicut illam, *Paternitas est spiratio*, quia etiam accipitur in sensu formali: ut vi significationis vocum, nomine enim, *attributum*, denotatur expresse ordo ad rationem, & in hoc solum has duas propositiones inter se comparauit S. Thomas, quod vtraque nimirum in sensu formali accipitur, non autem alio modo.

Porro autem illam propositionem, in qua vna relatio de alia prædicatur, semper in sensu formali accipi ex eo deducitur, quod relatio expresse speciat terminum suum, eumque in se exprimit: videtur, & ita quasi actus circa illum significatur: ergo sicut vnus actus de alio non potest in Deo absolute prædicari, quia sub diuersa ratione formalis significantur, sic etiam nec vlla relatio de alia; sed, ut in sensu identico possit prædicari, addi debet aliqua particula, qua identitas illa significetur.

ARTICVLVS IV.

Utrum liceat contrarie opinari aliquid de notionibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod non liceat contrarie opinari de notionibus. Dicit enim Augustinus in 1. de Trinit. Quod non erratur alicubi periculosius quam in materia Trinitatis, ad quam certum est notiones pertinere. Sed contrarie opiniones non possunt esse absque errore. Ergo contrarie opinari circa notiones non licet.

2. Præterea. Per notiones cognoscuntur personæ, ut dictum est. Sed circa personas non licet contrarie opinari. Ergo nec circa notiones.

Sed contra. Articuli fidei non sunt de notionibus. Ergo circa notiones licet sic vel aliter opinari.

Respondeo dicendum, quod ad fidem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directe, sicut ea, quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, ut Deum esse Trinum, & vnum Filium Dei esse incarnatum, & huiusmodi. Et circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hæresim: maxime si pertinacia adiungatur. Indirecte vero ad fidem pertinent ea ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei. Sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Helcanæ. Ex hoc enim sequitur, Scripturam diuinam esse falsam. Circa huiusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, & maxime si non pertinaciter adheret. Sed postquam manifestum est, & præcipue si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei in hoc errare, non esset absque hæresi. Et propter hoc multa nunc reputantur.

ARTICULVS I.

Utrum competat Patri, esse principium.

tur hæretica, quæ prius non reputabatur, propter hoc, quod nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur. Sic igitur dicendum est, quod circa notiones aliqui absque periculo hæresis contrarietate sunt opinati, non intendentes sustinere aliquid contrarium fidei. Sed si quis falsum opinaretur circa notiones, considerans, quod ex hoc sequatur aliquod contrarium fidei, in hæresim laberetur. Et per hoc pater responsio ad obiecta.

Notationes circa doctrinam Articuli.

Conclusio est. Si quis falsum opinaretur circa notiones, considerans ex hoc sequi aliquid contra fidem, hæreticus esset, si tamen contrarium opinaretur, non, ut defendere aliquid contra fidem, hæreticus non esset. Non deest S. Thom. autem sic contra fidem, aliquid circa numerum notionum contrarietate opinari: sed ostendit, qualiter aliquis in hæresim laberetur, si contrarium opinaretur. Quæ regula in vniuersum seruanda est in omni materia ad fidem pertinente; de qua late nobis differendum est secunda secunde q. 10. & 1. 2. q. 76. art. 3. ubi ostendimus, an ignorantia quæcumque tollat rationem pertinaciam, quæ ad hæresim necessaria est.

Sed circa numerum notionum, de quo hætenus disputatum est, an scilicet dicende sint quinque, vel plures, aut pauciores, non est aliquid definitum ab Ecclesia, hoc tamen certum est, esse in diuinis personis quinque illas rationes, numerando cum illis rationem ingentis, & quia aliquam illarum negaret, contra fidem sentiret, ac si diceret esse quidem in Deo quinque illas rationes, sed non omnes esse appellandas notiones, non diceret contra aliquid ab Ecclesia definitum, sed contra communem doctrinam sentiret; id, quod temerarium esset.

Notat tamen Canariensis in hunc articulum non posse in Deo esse plures negationes, & affirmationes, quæ si a nobis significarentur aliquibus notionibus peculiaribus, & abstractis, dicerentur plures notiones absque villo fidei detrimento, sed addit licetum non esse, noua hæc nomina imponere ad eas significandas contra communem Doctorum sententiam. Verum, si de his affirmationibus, & negationibus nobis constaret, non video cur non liceret nominibus præcædibus vii, ad eas significandas, sicut patres ceperunt uti nomine ingentis, quod antea ignotum erat, & in hoc recte docet Scotus allegatus disput. 137. cap. 1. hætenus vero non fuisse plures notiones inueniuntur, non est sufficiens ratio, ob quam, & alia inueniri non possint. Nihilominus ego non video, quomodo plures esse possint, supposito numero personarum, & emanationum, quare illis quinque, quas Scholastici ex partibus collegerunt, contenti sumus.

QUESTIO XXXIII.

De personis in speciali.

Consequenter considerandum est de personis in speciali. Et primo circa personam Patris.

Circa quam quaeruntur quatuor.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod Pater non possit dici principium Filij, vel Spiritus sancti. Principium enim, & causa idem sunt secundum Philosophum. Sed non dicimus patrem esse causam filij. Ergo non debet dici, quod sit eius principium.

2. Præterea, Principium dicitur respectu principati. Si igitur pater est principium filij, sequitur filium esse principatum, & per consequens esse creatum. Quod videtur esse erroneum.

3. Præterea, Nomen principij à prioritate sumitur. Sed in diuinis non est prius, & posterius, ut Athanasius dicit. Ergo in diuinis non debemus uti nomine principij.

Sed contra est, quod dicit Augustinus in 4. de Trinitate Pater est principium totius deitatis.

Respondeo dicendum, quod hoc nomen, principium, nihil aliud significat quam id, à quo aliquid procedit, omne enim, à quo aliquid procedit quocumque modo dicimus esse principium, & è conuerso. Cum ergo pater sit à quo procedit alius, sequitur, quod pater est principium.

Ad primum ergo dicendum, quod Græci vtuntur in diuinis indifferenter nomine causæ, sicut, & nomine principij, sed Latini doctores non vtuntur nomine causæ, sed solum nomine principij. Cuius ratio est: quia principium communius est, quam causæ; sicut causæ communius quam elementum. Primus enim terminus, vel etiam prima pars rei dicitur principium, sed non causæ. Quanto autem aliquod nomen est communius, tanto conuenientius accipitur in diuinis, ut supra dictum est. Quia nomina quanto magis specialia sunt, tanto magis determinant modum conuenientem creaturæ. Unde hoc nomen, causæ, videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principij. In omnibus enim causæ generibus semper inuenitur distantia inter causam, & id cuius est causæ, secundum aliquam perfectionem, aut virtutem. Sed nomine principij vtimur etiam in his, quæ nullam huiusmodi differentiam habent, sed solum secundum quandam ordinem. Sicut cum dicimus punctum esse principium lineæ, vel etiam cum dicimus primam partem lineæ esse principium lineæ.

Ad secundum dicendum, quod apud Græcos,

185.
Infla q. 36.
ar. 4. & 2. d.
26. a. 1. & 2.
C. post. q. 10.
ar. 1. 8. &
10. Ex lib. 4.
Met. tex. 3.
tom. 3.

In suo Sym-
bolo fidei.

Libro 4. de
Trin. a. 20. &
declinatio
ad fin. 10. 2.

q. 13 art. 1. 2.

Græcos inuenitur de Filio, vel Spiritu sancto dici, quod principentur. Sed hoc non est in usu doctorum nostrorum. Quia licet attribuamus patri aliquid auctoritatis ratione principij, nihil tamē ad subiectionem, vel minorationem quocumq; modo pertinens attribuimus Filio, vel Spiritui sancto, ut vitetur omnis erroris occasio. Secundum quem modum Hylarius dicit 9. de Trinitate. Donantis auctoritate pater maior est, sed minor non est Filius, cui vnum esse donatur.

Libro 9. de Trinitate in terminum & finem libri.

Ad tertium dicendum, quod licet hoc nomen, principium, quantum ad id, à quo imponitur ad significandum, videatur à prioritate sumptum: non tamen significat prioritatem, sed originem. Non enim idem est, quod significat nomen, & à quo nomen imponitur, ut supra dictum.

q. 13. art. 1.

Conclusio est affirmans, quæ simul cum doctrina articuli sequentibus disputationibus examinanda nobis est.

DISPUTATIO CXXXIX.

De nominibus, quæ in patre significare possunt rationem principij.

De nominibus, Principium, & Initium, cap. 1.
Quibus locis Scripturae aliqui probent, Patrem, aut Filium dicitur principium, cap. 2.

Quo pacto Pater dicat principium totius deitatis, cap. 3.
Nomen, Principium, non dicitur vniuersè de principio essentiali, & notionali, cap. 4.

Principium analogicè, non equiuocè dicitur de viroque principio, cap. 5.

De nominibus, Author, & Causa, cap. 6.

CAPVT I.

De nominibus, Principium, & Initium.

Patri, & Filio competere esse principium.

Nomen, Principium, prædicari de Patre, & de Filio nulli dubium est, docentque omnes Scholastici citandi in hac disputatione: imò definitum est in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. & refertur in cap. 1. de summa Trinitatis & fide Catholica in 6. vbi dicitur Spiritus sanctus procedere à Patre & Filio, ut ab vno principio. Idem dicitur in Concilio Florentino, sess. vii. in literis vniuersis, & docet Augustinus lib. 5. de Trinitate, cap. 13. & alij Patres, quos inferius commemorabimus. Probari autem potest optima ratione deducta ex definitione ipsa principij, quam colligere licet ex Aristotele 5. Metaphysicæ, cap. 1. vbi post sex acceptiones principij, illud definit his verbis. Principium est, unde est aliquid aut sit, aut cognoscitur. Et quamuis Aristoteles non cognouerit aliud principium, nisi illud, à quo tanquam à perfectiori pendet, quidquid ab eo procedit, eius tamen definitionem sic vniuersè accipere possumus, ut nihil denotetur imperfectionis in eo, quod ab alio tanquam à principio procedit, & idcirco S. Thomas, ut aptam definitionem, quæ in diuinas personas cōueniret, nobis traderet, sic definit in hoc articulo, principium, Unde aliquid procedit, eadem ferè verba Aristoteles. ita in vniuersum vsurpans, ut nulla imperfectio denotetur illius, quod

ab alio procedit. Ex hac definitione colligitur secundum fidem nostram, Patrem æternum, & Filium esse principium, quia ab vtroque aliqua persona re ipsa procedit.

De nomine, Initium, alio modo dicendum est, nimirum nullo modo de patre aut filio prædicari. Nam quamuis Bonauentura in 1. d. 29. a. 1. q. 1. ad 3. dicat, Initium posse sumi latiori significatione, & tunc etiam significare idem, quod principium, à quo aliquid procedit, & magis propria pro principio durationis, quia tamen absolute, & communiter denotat principium durationis, idè non potest de aliqua persona diuina cum sit æterna, prædicari. Quamobrem Hylarius 4. de Trinitate, fol. 2. ita inquit, Nouit (scilicet Ecclesia) vnum inuisibilem Deum, nouit, & vnum ingentum Dei Filium, confitetur Patrem æternum, & ab origine liberum, & Filij originem æternam, non ipsum ab initio, sed ab initiabili, &c. Cum Hylarius sentit Magistri in 1. d. 29. vbi docet, Hylarium appellasse Patrem initiabilem, quia in se habet principium omnium rerum, à quod habent initium suæ durationis; quare initiabilem vocauit, quasi initiarium, ut explicat S. Thomas, ibidem. Adde Magistri dici non posse, Filium habere principium, tum etiam dicamus, Filium esse à principio, quia habere principium, denotat initium durationis. Modum etiam loquendi Hylarij, sequitur Concilio Toletano in confessione fidei, cum asserit, filium natum sine initio ante sæcula, & Concilio Vniuersaliensi etiam in sua fidei confessione.

Neque obstat, quod dicitur Michæ 5. Et egredietur eius ab initio à diebus æternis, nam licet ibi loquatur propheta de æterna Messie generatione, & verba manifesta indicant, de cuius temporali proximitate dixerat, Ex te (scilicet Bethlechem) iherusalem egredietur dominator in israel, tamen illud, Ab initio, ibidem denotat Patrem, à quo tanquam à principio egredietur, & natiuitas Filij est, sed idem est, ab initio, quod antequam quidquam fieret, hoc est, ab æterno, quod ut melius exprimeret, addidit à diebus æternis, sicut Proverb. 8. dicitur. Dominus possedit me initio viarum suarum, antequam quidquam faceret, & Ecclesiæ 2. Ab initio, & ante sæcula creatus sum, appellat enim Scriptura initium id, quod ante tempora erat, hoc autem erat æternitas.

CAPVT II.

Quibus locis Scripturae aliqui probent, Patrem, aut Filium dici principium.

Recentiores Theologi aliquibus Scripturae testimoniis probare nituntur, Patrem, & Filium esse principium. Primum est, Ioan. 1. In principio erat verbum. Augustinus enim lib. 6. de Trinitate, cap. 2. explicat, In Patre, sic etiam intelligitur Cyrillus lib. 1. Ioan. cap. 1. in parte tanquam in fonte, & origine, iuxta illud Ioan. 8. Ego à patre exiui, & completum terna ab Origine hominibus. 2. in diuersos. Verum sententia planior illius loci est, quem sequuntur alij Patres, ut idem sit, In principio, quod, ab initio, ita ut Phrasim eiusdem Ioan. in 1. sua Epistola, cap. 1. vbi pro eo, quod hic dixit, In principio, ibi ait, Quod fuit ab initio. Quam interpretatione sequitur etiam Augustinus loco allegato, & lib. questionum ex vtroque Testamento c. 22. in Ioan. Ambrosio lib. 1. de Bala. Chrysost. homil. 2. in Ioan. Ambrosio lib. 1. de Bala. cap. 5. consonat etiam lectio Tertulliani lib. aduersus Praxeam, c. 5. & 16. In primordio sermo erat, apud Deum, & Deus erat sermo. Dicit itaque Ioannes, in principio